



## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. I. An Clerici sint veri Domini bonorum, ac reddituum Ecclesiasticorum,  
quos ratione beneficii percipiunt, etiam superfluorum, an verò sint  
administratores tantùm eorum?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

merē personalia , extinguitur ; tām quād remisī se talem revocationem censetur donans , qui cū donatarij ingratitudinem , contra eum tamen nihil moyit.

## §. VII.

*De aliis duabus causis revocandi donationem inter vivos, ob supervenientiam scilicet liberorum & in officiis donationem?*

**S**i quis liberos non habens , omnia sua bona , vel partem eorum notabilem donavit , donatione proprie dicitā , quæ non tam remuneratoria est , aut pīz cause facta , ac postea inopinatō , & præter spem liberos legitimos suscipiat , etiam si unicus ille tantum filius esset , re-

vocate potest donationem fidam , quād censetur donatio facta talis , a turali jure sic præsumente , nihil nascantur , cūm nemo censetur unneos , posteris suis , seu liberis præsumita ut etiam Ecclesie , aut pīz facta sit talis donatio , saltem ulque legitimam liberorum revocati pīz.

Denique etiam revocatur donatione officiata , quæ nimidū facta est con officium paternæ pietatis in filio adiunendam legitimam , qui perquent apud Iudicem institutam , post mortem parentis donantis , saltem ulque solitarn , revocare possunt donationes factam : de qua querela , & in officiis donationis revocatione plus Cate listæ.

## TITVLVS XXV.

## DE PECULIO CLERICORUM.

**P**eculii nomine hīc veniunt bona Clericorum , seu beneficiatorum secularium ; quæ bona in triplici differētia sunt , alia enim sunt bona patrimonialia , quæ Clerico beneficiato competunt ex hæreditate v. g. ex donatione , aut aliis contractibus Civilibus &c. quæ bona etiam peculium Castrense dicuntur. Alia sunt bona quasi patrimonialia , bona sive peculium quasi castrense , quæ clerici beneficiati acquirunt ut stipendia suorum laborum , officiorum & ministrorum Ecclesi Clericorum. Alia denique dicuntur bona merē Ecclesiastica sive

peculium prosectorium , antecedentia beneficiorum , quos habent tales beneficiarii Clericij sui suorum beneficiorū Ecclesiasticorum. De his ergo bonis Clericorum

## §. I.

*An Clerici sint veri Domini bonorum , ac reddituum Ecclesiasticorum , quos ratione beneficii percipiunt , sive superfluvorum , an vero sint admissores tanquam eorum?*

**C**ertum est primō , quād Clerici beneficiati seculares Domini sunt , sive bona patrimonialium , & qual-

patrimonialium, & de his plenè disponere possint, tam inter vivos, quam per ultimam voluntatem, nō minus, quam Laici, prout constat ex cap. Quia nos 9. *De testamento.* neque enim per ordinem, aut Clericatum sunt incapaces dominii, aut eo se abdicant. De bonis ergo, seu de teditibus merè Ecclesiasticis, quos ratione suorum beneficiorum habent, est quæstio tantum, utrum horum etiam sit Domini. Quia in re, certum est secundo, quod eorum proventuum, quos ex bonis Ecclesiasticis ratione suorum beneficiorum percipiunt, verissimi sunt Dominum tales Clerici beneficiati sacerdotes, quoad illam partem, quæ ipsis ad vitæ honestæ sustentationem, necessaria est, ut possint etiam de hac parte profanar causas, dum vivunt, disponere, si quid ob parsimoniam propriam, de his honestæ sustentationi necessariis fructibus, comparcant; habent enim se hi fructus ad sustentationem honestam necessarii, sicuti justum stipendium, quod numerati solent, ad certa obsequia obligatis, ergo sicuti hi verissimi Domini, hujus justi sui stipendiū sunt, ita etiam perfectum dominium suorum fructuum ad honestam sustentationem sibi necessarium, habent hi Clerici beneficiati. Tertiò denique valde probabile est, quod pleni, & perfecti etiam Domini sint hi Clerici sacerdotes beneficiati, redditum beneficium, etiam superflorum, qui scilicet ad competentem Clerici talis sustentationem necessarii non sunt, ita tamen, ut obligationem habeant hi Clerici in pios usus eos expendendi: Dicitur enim in cap. unico *De Clericis non residentibus*

in 6. & in Trident, sessione 23. cap. 1. *De reform.* quod abentes à divinis officiis sine justa causa, vel non residentes, fructus suorum beneficiorum non faciant suos, & privati debeant fructibus, quos lucrari poterant, si ultra tempus constitutum à beneficio absuerint; quæ verba satis probant à contrario sensu, quod dominium suorum fructuum acquirant beneficiati, si quoad residentiam sua obligationi satisfaciant, cum fructus facere suos, aut lucrari, idem sit, ac dominium acquirere: quod autem huic dominio etiam adsit obligatio expendendi in pauperes, aut pias causas fructus tales superfluos, ex variis iuribus probatur, & ex mox dicendis patet.

## §. II.

*Vtrum Clerici beneficiati ex lege justitia teneantur redditus superflorum beneficiorum erogare in pios usus, an verò ex alia lege, vel præcepto, fine onere restitutionis?*

**O**bligari tales Clericos ex justitia ad fructus hos superfluos expendendos in pauperes, vel alias pias causas plurimi docent, ita ut ad restitutionem faciendum ex aliis suis bonis teneantur, si superfluum suorum reddituum aliquid in profanos usus expenderint; quam sententiam valde probabilem, omnibus beneficiatis in praxi consulendam, fatentur etiam aliqui, qui contrariam sententiam tueruntur, cum quod satis efficaciter esset probetur, non tantum ex variis juris antiqui textibus, sed ex Trid. etiam sess. 25. cap. 1. *De reform.* & ratio etiam probat, quæ cura hoc onere, pacto, & modo, data hæc beneficiatis, putat, ut super-

Vuu 3

flua